

suos libros dedit? aut meum suis caris illis nomen? Crede hoc mihi Witandae
 nullo alio pacto Molanum tuum grauius possis ledere. Ex animo loquor. Ego istam
 immortalitatem quae doc. Tysimorum uirorum libris continetur, non magni aestimo. Vera
 fides quam mihi DEVS Pater aternitatis Largitus est, qua Filium eius Jesum Chr:
 istum complexus sum, Jam pridem me immortalem fecit, caeloq. meum nomen inscripsit.
 Hic ego mihi magnopere placeo, hic me extollo. hoc praeter uivum vitam meae solatium
 τὰ πᾶντα ὑποῦμαι ζωνίαν καὶ οὐβᾶρα. ut Apostoli uerbis utar. Multi sunt
 (ais) Molani et Nijli multi: Credo, ut rerum uulgariū magna est ubique copia.
 Et morem & beneuolentiam quae postremo promittis, libens accipio, tibiq. vicissim
 honorem et obsequium non inuitus impertiam, ubicunq. fides aut officium postulat.
 Vale. Caepit isthic nuper Litteras profiteri Graecas Bonaventura Vulcanius quem
 ego ante annos viginti quinque perquam eleganti ingenio puerum & studiosissime
 complexus sum et amavi praeter ceteros contubernales. Is (ut opinor) uiuit
 in familia clariss. Jur. cons. Doct. Suedermanni, Eum nunc uivum apprimo
 doc. tum, meiq. amantissimum tibi ut amandum, colendumq. commendo. Calend.
 octobr. 15. 74. Bremae.

Te diligens
 Johannes Molanus.

Pax Christi

Nr. 236.]

[= Mscr.

1-12:

Nr. 220]

Impeditus ordinandis sectionibus Landbere suauissime, non queo meditare iam prolixèq.
 scribere: scribendum tamen est quouis modo, non solum quia plurimum te amo, sed etiam quia
 diuturno aestui cursus onere ac munere defatigatus cupio per litteras ferum esse, ferū
 refici & recreari. Gratias ago DEO qui omnis honestae actionis inceptor est & perfector,
 quod in ista tam illustri schola, tuos conatus tam liberales, tanta promoueat & prosperet
 benedictione: hoc enim mihi documento est, te isthuc terra & singulari eius prouiden-
 tia uocatum esse. Equis tibi poterat diuturni studij fructus obuenire uberior atq.
 optabilior quam ut in ista reuerentia, rem, famam, amicos parans optime de studio
 humanitatis, optime de quam plurimis mortalibus mereri posses. Atq. adeo hoc tempore, quan-
 do aut corrumpi passim scholas noua colluue cernimus, aut etiam distrahi & dissipari. Equi-
 dem quamuis paulatim a tale affitior & conteror tam longa contentione: tamen quoties ad haec
 tempora respicio, reuocatis animis, nouum quoddam robur contripio, et si que adhuc tibi futura
 est iuuentus optimarum rerum atq. artium studiose, succurrendum ei & pro uiribus in ser-
 uendum puto. Sed hoc tua conditio est potior, quod talem habeas Ecclesiae Magistratum,
 qui pariter & discipulos in officio contineat, & Magistros. Nosti rerum nostrarum azaia
 nihil mea opus est comploratione. Post redactas mihi tuas litteras, quibus istius scholae suc-
 cesus commemoras, indignissimis modis conculsa penes, pessundata est Witebergensis Aca-
 demia, cuius ruina multis desflenda lachrymis, ut uesfris scholis augete reuerentiam: ita
 nostris bene institutis adolescentibus rationem, consilium, spemq. conbulsit. Haerent hic
 interti rerum suarum. Enam quo se tandem uertant? Varlemannus, duo mimesen, Lo-
 doyrus, Otterpedius, Oumondt, & item alij quos piget enumerare, qui quum se desertos

^[Lauduero]
 Henrico Landbere discipulo et amico
 Nithus & Gogola praesens
 pakalium.

